Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Arzneibuch - Kl. L. 28

[Lichtenthal], [Anfang 16. Jahrh.]

Vorderdeckel

urn:nbn:de:bsz:31-93726

Visual Library

puli eius ad nuptias. Et deficiente vino: dicit mater ihesu ad eum. Vinum non habent. Et dicit ei ihesus. Quid michi et tibi est mulier. Nondum venit hora mea. Dicit mater eius ministris. Quodcumque dixerit vobis facite. Erant autem ibi lapidee ydrie sex posite secundum purificationem iudeorum: capientes singule metretas binas vel ternas. Dicit eis ihesus. Implete ydrias aqua. Et impleverunt eas usque ad summum. Et dicit eis ihesus. Haurite nunc: et ferte architriclino. Et tulerunt. Ut autem gustavit architriclinus aquam vinum factam: et non sciebat unde esset: ministri autem sciebant qui hauserant aquam: vocat sponsum architriclinus et dicit ei. Omnis homo primum bonum vinum ponit: et cum inebriati fuerint: tunc id quod deterius est. Tu autem servasti bonum vinum usque adhuc. Hoc fecit initium signorum ihesus in chana galylee: et manifestavit gloriam suam. Et crediderunt in eum discipuli eius.

Offertorium. Iubilate deo universa terra psalmum dicite nomini eius venite et audite et narrabo vobis omnes qui timetis deum quanta fecit dominus anime mee.

Secreta. Oblata domine munera sanctifica. nosque a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per.

Communio. Dicit dominus implete ydrias aqua et ferte architriclino cum gustasset architriclinus aquam vinum factam dicit sponso servasti vinum bonum usque adhuc hoc signum fecit ihesus primum coram discipulis suis.

Complenda. Augeatur in nobis domine quesumus tue virtutis operatio: ut divinis vegetati sacramentis ad eorum promissa capienda tuo munere preparemur. Per.

Dñi. feria. Omnis terra. Oratio.

Omnipotens sempiterne. tercia coll. Deus. infirmitatem nostram propicius respice atque ad protegendum nos dexteram tue maiestatis extende.

Ms 28

Z 9

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg